

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Ivstitia Et Ivre, Continens Tractatvs De Prvdentia, Fortitvdine, &  
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia  
commutatiua, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,  
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de  
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Pvnct. I. Quid sit dolus, & culpa iuridica, & casus fortuitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)



# TRACTATVS XXXII.

## DE IVSTITIA COMMVTATIVA.

### DISPV TATIO III.

*De commodato, & deposito.*

Contractui donationis affines sunt commodatum, & depositum utpote quae grata fuit, & nulla ex parte recipientis exigente obligatione conceduntur.

#### P V N C T V M I.

**Quid sit dolus, & culpa iuridica, & casus fortuitus?**

- 1 Dolus in malam, & in bonam partem sumitur.
- 2 Cognitio supradictorum tractandis necessaria est.
- 3 Eius definitio.
- 4 Dolus alius verus, alius presumptus.
- 5 Culpa sumpta Theologice, & iuridice definitio.
- 6 Aliquando culpa iuridica cum Theologica coniuncta est.
- 7 Qualiter ex his teneatur?

**V**T faciliter percipi possit obligatio, qua astringitur qui secum contrahentes laeterint tum in emptione, & venditione, tum in aliis contractibus primitu oportet horum terminorum explicacionem.

- 2 Dolus est dictum, vel factum animo alterum decipiendi. Sumitur in bonam, vel malam partem: honeste enim vel turpiter decipi proximum potest, vt inquit Vlpian in leg. 1. §. 1. ff. de dolo ibi Hinc se decipitur cum ei vtilis est deceptio. Sicuti contingit Paulo ad Corinth scribens, 2.º cap. 12. n. 16. dixit, Asturus vos dolo cepi. Vtile dolum quod salutem operatus frequentius in malam partem defumitur, vt confat ex pluribus aere Scriptura locis, & variis legibus tum iuris Civilis, tum Canonici, & in hac acceptione in praesenti defumitur.
- 3 Dolum si accepimus definit Vlpian dicta leg. 1. §. 1. ff. de dolo, est calliditas, fallacia, ac machinatio ad circumveniendum, fallendum, ac decipiendum alterum adhibita. Dicitur calliditas, cum animo decipiendi omittis quod facere te nebas, in dolo enim veritas sic omittens, leg. dolus ff. mandati: & adiudicat alios referens Menoch, de arbitriis eis. 208. n. 3. Dicitur fallacia cum verbis fallis, nam si falsis factis fraudem proprii committis. Dicitur machinatio, cum tentas verbis vel facti deceptionem.

- 4 Cum autem ad dolum opus sit prava intentio, & haec in animo constitut, distinguunt Doctores duplum dolum, alium verum, alium praesumptum. Verum appellant qui confessione decipiendi, vel manifestis indicis declaratur, leg. dolum Cod. de dolo. Praesumptum qui ex conjectura dubius colligitur; vt tradit Bart. in leg. quod Nervia. 14. ff. deposit.

- 5 Culpa apud Theologos est deieatio à lege, & recta ratione, qua aliquando est venialis, aliquando letalibus, de qua faré 1. p. huius oper tract. 2. de peccatis. Apud Jurisperitos culpa est defectus exequendi propriam obligationem, seu vt placeat Bart. in dicta leg. quod Nervia, num. 7. est deieatio ab eo quod bonum est, quodque per hominis potuit diligentiam prouideri. Quia culpa si animo alterum decipiendi committatur à dolo non distinguitur, at si hoc animo caret, ab eo differt, et que triplices. Alia *lata*, alia *levis*, alia *leuissima*. *Lata* culpa, cum diligentiam omittis, quam frequenter homines eius conditions in eo negotio apponunt. *Levis*, si omittas diligentiam quam pericli adhucerebent. *Leuissima*, si diligentiam diligentissimorum omittas. His addo casum fortuitum, qui per quemque diligentissimum prouidentis non potuit. De quibus omnibus mentionem feci. Gre-

gor. in cap. unico de deposito, tradunt ex communis Panorm. cap. vn. num. 13. de commodato. Sylvest. verbō culpa in pīne Gab. in 4. disf. 15. ad finem Navarr. cap. 17. numer. 177. Mol. tract. 2. disf. 293. §. iuridicam. Rebelli. de oblig. iustit. 1. lib. 1. quæst. 10.

Aliquando culpa iuridica coniuncta est cum Theologica, mirum cum potuit damnum prouidere, & non prouidit, aliquando ea disiuncta est, eo quod omnem diligentiam prouidendi damnum apposueris, sed quia non apponisti quam diligentes, vel diligissimi apponentes culpm iuridicam committis, qui ex iuriis dispositione, & ex natura contractus obligaris ea diligencia non apposita danno, & calvi formio facere. Ut bene explicare Maior in 4. disf. 13. q. 4. Adiun. de res. quæst. incipiente in foro anima. Courte. reg. p. 1. for. 1. p. 5. Mol. tract. 2. lib. 2. 293. §. ad di. Expedit enim hac obligatio hominum societati & commercio.

Ex dolo & lata culpa semper teneris tametsi contractus in alterius tantum vtili tem cedat. Scuti committere tradunt Doctores cum Glosso. in leg. qui sūrt. um. ff. de condic. furti. vrbis vrbis culpam. Et habetur leg. ff. vt certum. §. nunc videndum. ff. commodati. Et leui culpa teneris, & non ex leuissima si contractus in tui, & alterius cedat commodum, argumen. cap. 1. de deposito. At ex leuissima cu' patet, si in fru' tunc vtili tem contractus cedat: vti esse preluminum depositum, quod acciperes ab eo qui deponendo non cogitabat, inca leg. 1. §. sepi. ff. depositi. Et generaliter contractus commodati, in quo leuissimum culpam committas obligari, vt coligatur ex leg. in rebus ff. commodati. leg. ff. vt certo. §. nunc videndum. ff. commodati. Et cap. unico de commodato.

#### P V N C T V M II.

**Quid sit commodatum, quid depositum, & quo triplex, & quo pacto inter se different?**

- 1 Quid sit commodatum?
- 2 Quid pretarium?
- 3 Quid depositum?
- 4 Depositum aliud necessitate urgente, aliud absque necessitate concedetur.
- 5 Aliud est depositum quod sequestrum appellatur, & quod sit.
- 6 Depositum plerumque contractus locationis, aut conditionis coniunctus est.
- 7 Depositum quando transit in naturam mutuū?

**C**ommodatum est quod gratiore alii in vsum ad certum tempus expreſſe vel tacite concessum est, leg. 1. & tract. 1. Cod. commodati. §. item in cuius insit. quies mod. re contract. oblig. & cap. 1. de commodato. Naturae enim huius contractus exigere rei commodatum vsum gratis concedi, aliquo non commodatum, sed locatum erit. Vt habeat. §. item in al. Vsum tamen conceditur, & nihil amplius; ita vt rei commodatum, & possessionem tam ciuilem quam naturali sibi commodans reuerat, leg. rei commodatio ff. commodati. Ex quo sit non posse commodatum, constitui in illis rebus quibus vti non potest absque eatum absumpcione, vt sunt portio, vinum, triticum, olearium &c. nisi forte ea re commode ad pompan, & ostentacionem. Nec refert rem commodatum via detractionari, vt cum commodatur equus vel vestis, qui cum deteriorationem secum trahit commodatio, & in ea commodatio consentit. Insuper debet ad certum tempus expreſſe, vel tacite vilius concedi. Expreſſe concedetur cum ad annum, ad mensum, mācīpium equus, vestis, domus commodatus, tacite vero cum commodatur equus pro hoc incēto conficiendo commodatur liber vt transcribatur &c. nam commodatum censeatur pro tempore quod prudentis arbitrio necessarium fuerit ad finem commodati consequendum.